

Stephanus Galdeti

*Utrum divina essentia  
sit omnium aliorum a se  
modis omnibus prima causa*

Editor: Florina Hariga

*work in progress*  
16.07.2026

Manuscripts:

*P1* Paris, BnF lat. 16408

*P2* Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| **Utrum divina essentia sit omnium aliorum a se modis omnibus prima causa**

Quod omnium Ioh. 1 *omnia per ipsum facta sunt*. Quod modis omnibus APOSTOLUS dicens: *omnia ex ipso per ipsum* etc. Ad hoc videtur esse DYONISIUS, *De divinis nominibus*, dicens “omnis virtus omnis operatio etc”. Alibi.

Ad oppositum, quia non est causa obiective possibilitatis rerum. Item nec materialiter, nec formaliter causat.

Conclusio: Omni modo causalitatis positivo non habente necessario annexam imperfectionem quo aliqua res est causalis Deus illam causat et capitur hic ly ‘omni modo’ pro generibus vel speciebus singulorum non pro singulis generum. Deus enim non causat modo quo ignis agit etc. Patet, nam quidquid est perfectionis in creaturis attribuendum Deo remota imperfectione vel per aliam quidquid est perfectionis simpliciter, sic quod in quolibet est melius ipsum quam non ipsum est Deo tribuendum.

Sequitur quod est cuiuslibet creati esse causa finalis. Patet, quia finis quid ultimum et optimum.

Sequitur secundo quod est efficiens cuiuslibet ad extra producti, quia melius est hoc ipsum quam non ipsum.

Sequitur tertio quod non est forma, quia quamvis dependentia sit separabilis non constitutio tertii et potentialitas, alioquin etiam posset sustineri quod causet materialiter et esset materia etc.

Prima conclusio: sola actualis existentia creature est terminus divine productionis ad extra. Patet per universalem de terminis transpositis. Omne enim productum ad extra est creatura actu existens.

Sequitur contra BREDWARDINEM parte 3, capitulo 5, quod velle Dei solum simpliciter continens non est primum productum a divina voluntate.

Sequitur contra eundem quod nec preteritio, nec possibilitas obiectiva, nec futuritio sunt terminus vel termini etc.

Sequitur idem de privationibus et non esse. Patet ex conclusione et possent aliter probari.

Tertia conclusio: divina essentia anime vel humanitati Christi solum est causa finalis, efficiens, producens ac conservans.

---

8 causat] prima conclusio *add. sed del. P1*      9 conclusio] *in marg. P1*  
14 remota] omni *add. sed del. P1*      24 prima conclusio] *iter. in marg. P1*  
28–29 divina voluntate] *tr. P2*      28 divina] *sup. lin. P1*      34 tertia conclusio]  
*iter. in marg. P1*      35 finalis] *sup. lin. P1*

Patet ex ultimo corollario secunde conclusionis, quia nec forma, nec materia. Et ex conclusione aliquo modo, cum anima non sit causabilis materialiter, nec formaliter essentialiter. Item vel daret esse creatum vel increatum etc.

5 Primum\* corollarium: Sequitur primo quod huius habitudo que est deitatis vel Dei vel filii Dei ad humanitatem assumptam non est causalis formalis. Patet clare, quoniam magis similis materiali quam formali, sicut enim materia est subsistentia ipsi forme sic in proposito saltem alicui modo.

10 Secundum\* corollarium: Sequitur clare quod non omnis dependentia est causalis. Patet clare de dependentia humanitatis a divino supposito, dicitur enim a doctoribus || dependentia etc.

P2 154r

Tertium\* corollarium: Sequeretur ultimo quod huius habitudo est pure credita. Patet cum nulla filii similis appareat in lumine naturali.  
15 Et sic de ista questione facilliter.

---

5 primum corollarium] *in marg. P1* est] *hec add. sed del. P1* 10 secundum corollarium] *in marg. P1* 13 tertium corollarium] *in marg. P1*